


**Rector Et Concilium Academiae Rostochiensis Studiosae Inventivtis Coronae,  
Civibus Suis Ornatissimis ... : P. P. Rostochii Sub Sigillo Rectorali IV Ante Idus  
Iulii. A. R. S. MDCCLXXXI.**

[S.l.], 1781

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791277607>

Druck Freier  Zugang





Leges etc  
Academiae Rostochiensis



Universitäts-Archiv  
Rostock, Sign. **RIA 4**

RIA 4

K. l. — 47. <sup>1-69.</sup>







# RECTOR ET CONCILIUM ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS STVDIOSAE INVENTVTIS CORONAE CIVIBVS SVIS ORNATISSIMIS

S. P. D.

**Q**uemadmodum, non sine ingenti omnium voluptate, aliqua percipimus Academiae Nostrae augmenta et incrementa, atque omni in id nifu et studio collaboramus, vt subinde maiora ea reddantur atque illustriora, eo curam omnem et sollicitudinem dirigentes, vt in quavis Facultate praelectiones omnibus atque singulis praesto sint, quae ad formandum ingenia in commodum Ecclesiae, et Reipublicae, hinc gloriam Summi Numini, requiruntur, nec in vilo Scientiarum genere deficiant Institutiones necessariae: Atque iam longo ex intervallo temporum a Maioribus Nostris cautum est, vt sapientissimis Legibus Civium Academiae nostrae mores ita dirigantur, vt Cordatorum Ciues mereri fauorem possint et gratiam; ita non sine summo dolore sentimus, sub ipsis incrementorum numeri Civium Nostrorum initis, proteritiam et audaciam nonnullorum incunabula capere, et, non obstantibus poenis in Legum transgressores, eum in modum crescere, vt quidvis aduersus quemvis sibi licere opinione persuasum habeant illi vanissima, propriae non modo eximiationi pessime consulentes, et Bonorum fauore semet praestantes indignissimos, sed et publicam Academiae Optimorumque eius Ciuium famam laedentes, et Libertatem, decus literatorum nobilissimum, in pessimam, et grauissimis coerendam poenis, deformantes licentiam. His itaque, et paucis quidem, quod, doloris nostri ali- quod leuamen, spem nostram alit, fore, vt in primordiis infausa illorum reprimantur conamina, his, inquam, austeritatem et indignationem nostram, at animum quoque aduersum, publicis his literis testari, eoque et ipso Bonorum famae et felicitati consulere, officii nostri esse duximus, mo- rum integritati sedataeque et pacatae vitae Ciuium Academicorum prospecturi. Hoc ergo sine non modo Leges Academiae, quarum Vobis copia est, omnes atque singulas, et nunc quidem maxime eas, quas elapso proxime tempore migrari coepas esse nouitis, in memoriam Vobis reuocamus omnibus et singulis, simulque manifestum facimus, feuerissime in omnes animaduertum iri, et, absque vlla spe remissionis, vel coniuuentiae, poe- nas Legibus expressas daturus esse, qui temere easdem transgrediantur, sed etiam, pro illustrandis et declarandis Legibus, adiungenda, quae sequun- tur, vicens iubet necessitas. Volumus itaque et iubemus

1. Omnes et singuli Ciues Nostrae, Scientiis operam nauantes, cum Commilitonibus suis agentes, modestia, humanitate, verecundia, et comi- tate, vtantur, nec quidquam aduersus quenquam verbo vel facto faciant, quod fraterno, quo se mutuo complecti tenentur, fauore indignum sit atque amore. Transgressores Legum feueritatem experturi sunt.

2. Nemo Vestrum vel solus, vel ab aliis adiutus, audeat nouiter in numerum Ciuium receptos, vel ab Academia Nostra discedentes, ad comissiones pro accessu, vel discessu, instituendas adigere, vel persuasionibus factis allicere. Eas enim atque omnes eiusmodi comissiones aë simplicitate abolemus, in auctores et suos grauius grauius animaduerturi.

3. Nemo Vestrum nouiter in scriptos, et in Ciuium Academicorum numerum relatos, iisdem hinc cum reliquis legibus, iuribus, privilegiis, relationibus, finibus, honoribus, fruentibus, contemnere, insuper habere, vel subtilibus distinguere nominibus, quin et vituperiis onerare, vel quid- quam eorum, quae Pennalisimum sapiunt, in ipsos tentare, praesumat, vel Veteranorum prae Noviciis praerogatiuam affectet, ni consilii abeundi poenam, sine spe remissionis, incurrere velit.

4. Conuentus vestri sint moderati, progressus in plateis modesti, cessent more tabellionum facti cursus, et absint sodalitia instituta, in qui- bus vel unus boatus, vel impudici cantus, domi quoque, et in conclauibus, in plateas prospicientibus, exaudiuntur, spiritus inquieti specimina, hor- rorem transeuntibus incurrentia, et vicinis admodum molesta. Qui statuto contraria fecerint, arbitrariam dabunt poenam.

5. Nemo Vestrum domicilium suum praetereuntibus, siue ambulantiis, siue curru vel equo vectis, vexas facere, vel clamoribus atque diuersis insultare conetur, ni poenam experti velit per arbitrium iudicis constituendam.

6. Profligata sunt omnia ferocis ingenii exempla, grassationes per plateas, siue diurnae, siue nocturnae, vociferationes, clamationes, boatus, cantus in plateis omnes, omnesque indolentes soni et strepitus, furor in lapides, ducto e vagina gladio eos feriendo emissus, insultus in homi- nes obuios, clamor de candelis delendis, vel consimilis alius, aduersum eos, qui secure domicilis suis vsuri sunt, proiciendi in fenestras lapides, pulsandique fores, easque finibus, laqueis, aliisque ligamentis, vt domo egredi habitatores nequeant, colligandi, libido, currusque in plateas inuen- tos prorahendi petulantia. Omnibus et singulis his, atque iisdem similibus, facinoribus arbitrium iudicis pro merito influeudas promtas habe- bit iustissimas poenas.

7. Nemo Vestrum ex Ciuibz vel incolis Ciuitatis, eorumque domesticis, vili iniuriam vllam dictis factis inferre, aut prouocare cum qui- bus vel contra quos causam habere arbitrabitur, aut alio quocunque modo iisdem, vel vili alii, insultare, eosve laceffere, audeat, aut aliquo vel mi- nimo facto publicam tentet securitatem violare, aut in aliquem hominem, siue incolam, siue peregrinum, petulantia utatur, eumve quomodocun- que laedat. Qui fecerint, vel in facta consenserint, eos vel multas, vel grauioris carceris, vel consilii abeundi, vel relegationis, pro culpa, vel malitiae, gradu, manebit poena.

8. Signa sic dicta distinctiva, pileo vel vestibus inducta, nemo Vestrum audeat Commilitoni imperare, vel tanquam vniuersalia, et omnibus at- que singulis Studiosis eligenda, et, ab aliis hominibus distinctionis causa, adhibenda, iniungere vel commendare. Nemo quoque temere conetur alium quemcumque, siue incolam, et eius domesticos, siue peregrinum, cum suis, ab vsu eorumdem vel similibus signorum prohibere. Crisae au- tem, huc vsque gestari solitae, quae Praefectis militum, corporis Serenissimi Principis custodum, distinctionis causa a Serenissimo Regnante concessae sunt, aliaque signa his similia, certo cuidam ordini propria, simpliciter prohibita sunt. Qui legem hanc custodire derectat, ei poena infligetur transgressioni conformis.

9. Rectoribus Academiae nouiter electis, facta inter cantus, et musicorum sonos instrumentorum, alternatim audiendos, processione, pu- blice testata, Studioforum gaudia, propter abusus, ex illis enatos, simpliciter abolemus, sub vilo praetextu in posterum non admittenda, nisi Re- ctoris et Concilii expressus consensus praecesserit.

10. Quodsi tamen Magistratus Academicus publicas aliquando, magnis id euentibus exigentibus, adornaturus aut ex grauibz rationibus permiffurus est solemitates, tum congregationum Studioforum ad processiones solemnes non alius erit locus, quam Auditorium Maius, Rectoris Aca- demiae iussu ipsis apertendum.

Ea sunt, Ciues, Commilitones Ornatiissimi, quae Vobiscum hodie communicare, eorumque custodiam omnium et singulorum maxime serio et grauius Vobis commendare placuit. Paterno itaque in Ciues Academicos, Studiosos, amore et fauore, summo eodem studio admonemus, secum habitent, et norint, quod propter vnum solum finem in Academia versentur, vt Scientiarum aequae ac morum optimorum sibi thesauros colligant, et promittuntur in his atque illis acquirant, quibus Bonis se omnibus collaudandos praestare queant, honoribusque et officiis gerendis semet aptos reddant. In fide itaque et pietate morumque integritate Christianos decet ambulant, Scientiasque singuli summo ardore sectentur, et ab omnibus abhorreant, quae pristinis Legibus et huic Nostrae illarum Declarationi contrariantur. Illi autem, qui, paternas admonitiones adspicientes, non defi- cere ab omnibus proteritiae et petulantiae, et in his flagitiorum quoque, specimenibus, sed dissolutam vitam improbosque mores continuare, gestiunt, illi sciant, Magistratum Academicum eiusmodi improbitatis spectatorem non futurum, atque impune vllum istorum fieri non toleraturum, sed et Le- gum auctoritatem vindicaturum, et in earum transgressores feuerissime constituturum esse. Sciant, petulantia et pessimis moribus, quibus aliqui con- spicuos se reddiderunt, in posterum vsuros facinororum et malefactorum suorum poenas certissime duros Legibus definitas. Faxit Deus T.O.T.M. discant Ciues Academici iustitiam moniti nec temere Leges. Nec enim voluptati esse poterit Magistratu Academico his infligere poenas, quos amore am- plecti cupiebat: Ar nec potest non sanctissime is iustum seruare probos inter et improbos discrimen.

P. P. ROSTOCHII SVB SIGILLO RECTORALI  
IV ANTE IDVS IVLII. A. R. S. d. b. c. c. l. x. x. x. l.


















IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, iis, qui mensa communis ab isto beneficio excludendis, inebriationes & eandem oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tracta a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepitibus incolarum vel personarum & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & trans custodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e

qui nouitios vel directelliciunt ad conuiuiumodo pecunia emungunt. Reliqui vero hospidierum carcere coercent, per octo dies insuperuenarum conuiuia, quones & rixae tanto effiita sunt.

us iudicialiter decretae mutandae, nec omninae, sine vlla deprecatione, tumultus & alia, quibuntur, facinora, immoti iam seuerae leges inhibitoribus, quibus curamandata est, deprehensi manebunt, vsque dumissione, vel in carcerem

acade-